

Quamquam nostri casus plus honoris habuerunt quam laboris,  
neque tantum molestiae quantum gloriae,  
majoremque laetitiam (ex desiderio bonorum) percepimus  
quam (ex laetitia inproborum) dolorem.

Sed [si aliter [ut dixi] accidisset],  
qui possem queri,  
[cum mihi nihil inproviso  
nec gravius [quam expectavissem]  
(pro tantis meis factis) evenisset].

Is enim fueram,  
cui [cum liceret  
aut capere majores (ex otio) fructus  
quam ceteris (propter variam suavitatem studiorum)  
[(in quibus) (a pueritia) vixeram],  
aut subire [si quid accideret acerbius universis],  
non praecipuam sed parem (cum ceteris) fortunae condicionem]  
non dubitaverim  
[me (gravissimis tempestatibus ac paene fulminibus ipsis) obvium ferre  
(conservandorum civium causa)],  
[meisque propriis periculis parere commune reliquis otium].

Neque enim (hac /nos patria/ lege) genuit aut educavit,  
[ut nulla quasi alimenta exspectaret (a nobis)],  
[ac tantummodo (nostris /ipsa/ commodis) serviens tutum perfugium otio nostro  
suppeditaret et tranquillum (ad quietem) locum],  
[sed ut plurimas et maximas nostri animi, ingenii, consilii partes ipsa sibi (ad utilitatem  
suam) pigneraretur],  
[tantumque nobis (in nostrum privatum usum)  
[quantum ipsi superesse posset]  
remitteret].